

Bellencin. *loc. cit.* q. 20. Pirhing. *lib. 3. Decretal. tit. 39. n. 56. Engel. ibid. n. 10. Reiffenstuel. ib. n. 27. Sannig. ib. c. 2. n. 3. Barbosa. l. c. n. 45. & plurimi alii contra alios. Et ratio est, quia subsidium charitativum debetur lege diocesana; monasteria autem, & ecclesie Regulares sunt exemptæ à lege diocesana, arg. *cap. Cum pro utilitate 34. caus. 16. q. 1. cap. Quam si 5. caus. 18. q. 2. & cap. 1. de statu Monachorum, adeoque &c.**

35 Et quod Episcopus charitativi subsidii nomine non possit à Monialibus quidquam exigere, sed nec recipere à sponte dantibus, sub penis tam dantibus, quam accipientibus arbitrio Sacrae Congregationis, expressè decrevit Sacra Congregatio Episcoporum 2. Martii 1635. apud Pitonium *constit. Pontific. & decis. ad Episcopos num. 984.*

36 Tenentur tamen monasteria regularia subsidium charitativum solvere ratione ecclesiarum secularium sibi subjectarum, si eas tales habent. *Communis. Et ratio est, quia tales ecclesie seculares, antequam subicerentur monasterio Regulari, solvere consueverant Episcopo tale subsidium charitativum, adeoque censentur unita monasterio cum suo onere, cum quo transit res, c. Pastoralis, de Decimis, c. Quia monasterium, de Religiosis Domibus: Nisi monasterium ad id obtinuerit expressum speciale Apostolicum privilegium. (Ad rem lex 53. tit. 6. p. 1. Vid. *lit. B pag. 411. in add. hisp. vers. Si fundum.*)*

37 Subsidium charitativum solvere non tenentur Clerici Beneficiati pauperes. Sic Hostiensis, Imola, Butrius in *cit. c. Conquerente 16. de Offic. Ordinar. Reiffenstuel. loc. cit. n. 26. Barbosa. loc. cit. n. 49. Bellencin. l. c. q. 10. Bellet. l. c. n. 19. & seq. Azorius. l. c. cap. 14. quest. 6. Ventriglia. l. c. n. 39. & alii, arg. *cap. Licet 4. de Censibus: Illi autem juxta citatos Doctores censentur Clerici Beneficiati pauperes, qui vix necessariam sustentationem, & nil ultra habent ex redditibus beneficii.**

38 Fratres Sancti Joannis Hierosolymitani, sive eorum Vicarii in parochialibus Religionis predictæ unitis, non tenentur solvere subsidium charitativum. *Sacr. Cong. Conc. in una Augustana 4. Decembris 1630. Sic ex Bonfadin. & Barbosa refert Ventriglia. loc. cit. n. 36.*

39 Cardinales non tenentur solvere subsidium charitativum pro beneficiis, quæ possident. *Bellet. loc. cit. num. 25. Ventriglia. loc. cit. num. 37. Roman. consil. 498. num. 1. & seq. Cephal. consil. 2. num. 10. volum. 1.*

40 Familiares autem Cardinalium, nec non alii Curiales, etiam Papæ Familiares, quamvis multas habeant immunitates, & exemptiones, tamen non reperiuntur specialiter exempti à solutione Subsidii Charitativis, adeoque, nisi aliter sit legitima consuetudine introductum, ad illud tenentur. *Bellet. loc. cit. n. 26. & seq. Ventriglia. loc. cit. num. 38. & alii.*

41 Successor in beneficio compelli potest ad solvendum Subsidium charitativum, quod ejus prædecessor non solvit; *Barbosa. loc. cit. n. 38. Meroll. loc. cit. num. 495. Ventriglia. loc. cit. num. 31. & alii advertentes, quod licet possit Episcopus agere contra quem velit, sive Successorem, sive antecessorem, si adhuc vivus sit, vel ejus heredem, si jam sit mortuus, ad hanc solutionem; tamen ex æquitate debet illud exigere ab utroque pro rata fructuum perceptorum.*

42 Clericus Beneficiatus habitans in una diocesi, & habens beneficium in alia, tenetur solvere subsidium charitativum soli illi Episcopo, in cujus diocesi habet beneficium. *Sacr. Congr. Conc. 2. Dec. 1673. apud Pitonium. Const. & decis. ad Episcopos num. 1508.*

43 Etsi beneficium, seu ecclesia beneficalis sit sita in una diocesi, & habeat prædia, & redditus in alia, Beneficiatus tenetur solvere subsidium Episcopo diocesis suæ ecclesie, quæ attendi debet tamquam caput; argum. *leg. Cum in diversis, ff. de Rel. & tump. funer. (Lit. S. pag. 305. num. 208.) non autem attendenda sunt prædia, quæ sunt accessoria ecclesie, ut in cap. unic. de consec. eccles. vel altar. in 6. Ventriglia. loc. cit. n. 28. Barbosa. l. c. n. 51. Bellencin. l. c. q. 35. & alii passim.*

44 Si ecclesia beneficalis sita sit in confinio duarum diocesium, & dubium sit, cui Episcopo competat jura

episcopalia, & collecta in dicta ecclesia, tunc ambo Episcopi se concordare debent, ut alternis vicibus subsidium exigant; arg. *Clement. Plures, de Jurepropolitanat. Et si inter se convenire renuant, tunc Jure Metropolitanat. poterit eis præcipere, ut conveniant, eo quod talis eorum discordia sit ecclesie damnosa. Bellencin. loc. cit. q. 52. Azorius. loc. cit. q. 6. vers. Quid dicendum; Barbosa. loc. cit. n. 53. Ventriglia. loc. cit. n. 29. & alii.*

Pensionarius, & Rector beneficii tenentur ad solvendum Subsidium pro fâta portione; nisi tamen pensio sit ei concessa libera ab omni onere, etiam subsidii charitativi, quia tunc Pensionarius nihil deberet solvere. Et in casu, quo pensio non sit ei concessa libera à tali onere, debet subsidium solvere Episcopo illius diocesis, in qua est beneficium, seu ecclesia, super cuius fructus est imposita pensio, licet ipse Pensionarius sit alterius diocesis. *Gigas de Pensionibus q. 28. num. 18. Bellencin. loc. cit. q. 37. Bellet. loc. cit. n. 32. Barbosa. loc. cit. n. 52. Ventriglia. loc. cit. n. 31. & alii.*

Ecclesie pleno jure exemptæ non tenentur præstare Episcopo subsidium charitativum. *Bellencin. l. c. q. 32. Azorius. loc. cit. q. 6. vers. Item non potest, Cochier. de Jurisd. Ordin. in exemptos p. 4. q. 9. per tot. Barbosa. loc. cit. n. 47. Ventriglia. loc. cit. n. 34. & alii rectè limitant Conclusionem in duobus casibus. Primo quando ecclesia exempta habet populum non exemptum, quia tunc eo respectu exigi posset tale Subsidium. Secundo quando in concessione privilegii exemptionis apposita est clausula, quod ecclesia exempta remaneat adhuc cum charitate priori cum suo Episcopo, quia tunc tenentur adhuc ipsi præstare dictum subsidium charitativum.*

Addenda sunt sequentia decreta relata cum eruditissima doctrina suo more ab Eminentissimo Cardinali Cavalchino in causa *Algar. subsidii charitativi*, apud Thesaurum Resolutionum S. C. C. n. 1738. in *Gerund. subsidii charitativi*, ubi disceptatis hisce dubiis. I. An Episcopi pingues redditus habentes, quia videlicet ne dum congrua ipsis juxta formam Sacri Concilii. Trid. assignatam, verum etiam duplicatam, ac longe majorem habent, possint exigere charitativum subsidium à suis diocesanis? II. An Episcopi, quibus pro exigendo charitativo subsidio non obstat sufficientia, sive exuberantia reddituum, possint illud exigere, nulla urgente causa, & inconsultis eorum Capitulis? III. An possint illud exigere à Clericis Beneficiatis, qui licet aliquos redditus habeant non consistentes in distributionibus quotidianis, nihil tamen eis superest ultra honestum victum, immo tales redditus vix sunt sufficientes ad prædictum eorum victum? IV. An, supposito, quod consultis eorum Capitulis, dictum charitativum subsidium exigere valeant, possint illud exigere à suis Clericis Beneficiatis non habitantibus alios redditus, quam distributiones quotidianas? Die 17. Februarii 1663. Rescriptum fuit. *Ad l. II. III. Negatives. Ad IV. Explilandam naturam harum distributionum ut in lib. 23. Decr. pag. 435.*

In qua Algaren. subsidii charitativi propositis sequentibus dubiis, I. An Episcopus Algarensis poterit à Canonicis Præbendatis cathedralis ecclesie exigere subsidium charitativum, & in qua summa, & quatenus negative? II. An teneatur illud restituere? III. An Episcopus poterit dictum subsidium charitativum exigere non solum à Parochiis, sed etiam à Vicariis perpetuis, & in qua summa? IV. An licuerit prælaudato Episcopo exigere dictum subsidium, tam ab ecclesiis, & confraternitatibus habentibus beneficium unitum, aut alios redditus, quam à confraternitatibus nullum beneficium unitum possidentibus, aut nullos, aut ad summum tenues redditus piis oneribus gravatos habentibus? V. An poterit ab Episcopo confici taxa controversi subsidii charitativi post requisitum, sed non obtentum Capituli consensum, illudque exigi in summa taxata in casu &c. *Sacr. Congr. Concil. 2. Augusti 1738. Respondit: Omnia ad Eminentissimum Rezonicum, qui dignetur rem perpendere, auditis partibus, etiam cum facultate agendi pro concordia, & Sacra Congregationi referre.*

49 In Marianen. subsidii charitativi proposito dubio: *An Episcopo Marianen. debeat subsidium charitativum ex Rectoris di Belgodere, è di Rustino, ut præsentatur spectans ad Monachos Olivetanos, vel potius obstat præsentata exemptio DD. PP. in casu, &c. Sacra Congregatio Concil. die 8. Februarii 1713. distulit propositionem: die vero 11. Martii 1713. Respondit Negatives quoad primam, & Affirmatives quoad secundam partem, & Amplius. Sic apud Thesaurum tom. 9. circa finem in dict. Marianen. subsidii Charitativi.*

50 Alia vide infra ad verb. Visitatio.

51 Quod ait Auditor num. 14. posse Clericos compelli ad charitativum subsidium, id controversia haud caret. Sunt enim, qui post Innocentium in cap. Quam Apostolus, de Censibus, tenent nunquam Clericos ad subsidium charitativum cogi valere. Non ignoramus vero prævaluisse opinionem affirmativam, sed eam amplectendam vellem ea cum moderatione, quam asserit Ziegler. de *Episcop. lib. 3. cap. 27. §. 16. quod scilicet, & justè sint cause ipsam exigendi, & Episcopus redditibus haud abundet.*

52 Qui autem plenus de charitativo subsidio instrui cupit, is adeat Gonny in *tractatu de Charitat. Subsid. qui quæstiones omnes ad materiam hanc pertinentes examinat. & (Vid. tit. 22. par. 1. in quo quidem per primam leg. deciditur, quid est Procuratio, ad eam quis tenetur, cui conferenda: per secundam qua ratione est præstanda, & qualis: signaturarii varii, à quibus potest exigi: omnes Prælati, Episcopi, Archiepiscopi, Cardinalis, Archidiaconus, Archiepiscopus, &c. per tertiam demonstratur, Prælatos tales, & oneribus subditos gravare non posse: ex quarta leg. usque ad 7. inclusive agitur de Archiepiscoporum facultatibus, dum visitationem efficiant Episcopatum in suis provinciis existentium; ex leg. 8. ad 13. de censibus seu tributis, Ecclesiis imponendis fit tractatus, à quo imponenda, ac post impositionem minuenda, seu auferri queant, à Prælati ad executionem qua probari debent, quibusque causis ferri, & distribui: in ceteris usque in finem fit mentio de variis casibus, in quibus Prælati excessus committunt in Subditos suos ecclesiasticos.)*

SUCCESSIO AB INTESTATO.

SUMMARIUM.

- Q**uors dicatur decedere intestatus.
- 1 Qui tali succedit, dicitur ab intestato succedere, & heres ab intestato vocatur.
 - 2 Quomodo, qui testari non potuit, proprie non sit decedens intestatus, tamen hic quoque in Jure pro intestato accipitur.
 - 3 Et sic etiam, qui tali succedit, dicitur ab intestato succedere, & heres ab intestato appellatur.
 - 4 Successio ab intestato quid sit.
 - 5 Successio ab intestato est duplex; scilicet in capita, & in stirpes.
 - 6 Successio in capita quæ sit.
 - 7 Successio in stirpes quæ sit.
 - 8 Succedentium ab intestato quinque Ordines assignantur.
 - 9 Filii naturales simul, & legitimi quomodo succedant.
 - 10 Filii legitimi per subsequens Matrimonium succedunt eodem modo, quo legitimi.
 - 11 Filii legitimi tantum, id est, adoptivi, etiam eodem modo, quo legitime nati, aequaliter in capita succedunt adoptivi, vel arroganti.
 - 12 Filii naturales legitimi per rescriptum supremi Principis equali Jure, ac si fuissent legitime nati, succedunt ab intestato suis parentibus, si tres concurrant conditiones, quæ assignantur.
 - 13 Legitimatio filii naturalis facta per rescriptum supremi Principis tempore, quo nulli existens filii naturales simul & legitimi, probabilitus non expirat quoad successionem ab intestato, etiamsi postea nascatur patri filii legitimi.

15 Filii naturales, non extantibus aliis ex legitimo Matrimonio natis, neque uxore legitima, succedunt ab intestato patri una cum sua matre in sextante, seu duobus uncis aequaliter inter eos dividendis.

16 Si autem extant filii, aut nepotes legitimi, vel legitima uxor, tunc non succedunt filii naturales patri ab intestato, nec Avo paterno; sed solum debentur illis alimenta ex bonis paternis arbitrio boni viri.

17 Succedunt tamen dicti filii naturales matri etiam illustri, & omnibus ascendentibus per lineam maternam una cum legitime natæ.

18 Filii spurii, vulgo Quæsiiti nullatenus succedunt patri ab intestato.

19 Succedunt tamen matri non illustri æque ac filii naturales.

20 Matri autem illustri, & habenti filios legitimos non succedunt ab intestato; secus vero si legitimi filii careat.

21 Filii ex damnato coitu nec patri, nec matri ab intestato succedunt, quomodo nulli legitimi filii essent.

22 Filii ex damnato coitu æquiparantur quoad successionem filii, quorum parentes ob crimen læsæ Majestatis sunt condemnati.

23 Qui sint, & dicantur filii legitimi, illegitimi, naturales, spurii, quæsiiti, filii ex damnato coitu, remissive.

24 Nepotes, & Pronepotes succedunt ab intestato Avo, & Avia in stirpes, sive adhuc extant filii dicti Avo, & dictæ Avia, sive non.

25 Deficientibus descendentibus, & fratribus, seu sororibus germanis, succedunt ab intestato soli ascendentes, servata tamen graduum prærogativa, ita ut proximiores gradu excludant remotiores.

26 Moriente filio sine liberis, relicto superstitie patre, & avo materno, matre jam mortua, solus pater succedit excluso penitus avo materno, etiam quoad bona materna, & sic vice versa.

27 Si defunctis patre, & matre, extant plures ascendentes sine fratribus, vel sororibus defuncti, v. g. extant avus, & avia in linea paterna, & simul avus, & avia in linea materna, aut ex parte patris extant solus avus, & ex parte matris avus, & avia, vel vice versa, tunc succedunt defuncto nepoti, aut pronepoti omnes aequaliter, non in capita, sed in stirpes.

28 Quando cum ascendentibus aequaliter gradus extant etiam germani fratres, & sorores defuncti, tunc succedunt omnes aequaliter, & in capita.

29 Sorores autem, & fratres solum uterini, vel solum consanguinei excluduntur per ascendentes, nec possunt cum illis succedere hereditati fratris uterini defuncti.

30 Germanorum filii succedunt cum ascendentibus, & fratribus, seu sororibus germanis hereditati alterius prædefuncti germani fratris, aut sororibus non nisi tamen in stirpem.

31 Nepotes autem, seu pronepotes non gaudent hoc privilegio.

32 In iis casibus, in quibus filii naturales, & illegitimi succedunt parentibus, parentes etiam succedunt illis.

33 Deficientibus descendentibus, & ascendentibus, succedunt ab intestato defuncto ejus sanguine juncti collateralales, & quidem aequaliter, & in capita, cum hoc tamen, quod collateralales proximior semper totaliter excludat remotiorem.

34 Quando cum defuncti fratris, & sororibus germanis extant etiam filii alterius fratris, aut sororis germanæ prædefunctæ, tunc etiam isti cum illis succedunt, ita tamen, ut fratres, & sorores succedant in capita, & dicti filii solum in stirpem.

35 Sicuti fratres germani, ita etiam & filii fratrum germanorum excludunt fratres solum uterinos, & solum consanguineos, sublata omni differentia sexus, & emancipationis.

36 Si soli filii diversorum fratrum, vel sororum extant,

- ¶ nullus frater defuncti, nec germanus, neque solum consanguineus, aut solum uterinus, tunc filii, & filia fratrum germanorum, non in stirpes, sed in capita succedunt defuncto patruo.
- 37 Si autem nullis extantibus fratribus germanis defuncti, extent ejusdem fratres consanguinei, vel uterini, tunc succedunt quidem soli filii, & filia fratrum germanorum exclusis fratribus solum consanguineis, vel solum uterinis; at vero in stirpes, & non in capita.
- 38 Quando nulli extant liberi legitimi, nec germani fratres, aut sorores defuncti, de cujus hereditate agitur, tunc ab intestato succedunt ejus consanguinei, seu uterini fratres, & sorores, exclusis omnibus aliis collateralibus.
- 39 Quando defunctus relinquit quosdam fratres consanguineos, & quosdam etiam uterinos, tunc probabilius fratres consanguinei succedunt in bonis paternis, & uterini in maternis; in aliis vero bonis aequaliter & indistincte succedunt.
- 40 Sententia tamen opposita est vere probabilis.
- 41 Deficientibus omnibus fratribus, & sororibus, tam germanis, quam consanguineis, & uterinis, eorumque omnibus filiis, succedunt ab intestato reliqui collaterales sanguine juncti gradu propinquiores, & quidem non in stirpes, sed in capita.
- 42 Ab intestato succedere possunt omnes cognati gradu propinquiores probabilis usque ad decimum gradum tantum secundum computationem civilem.
- 43 Plures tamen alii satis probabiliter censent hodie agnatos, & cognatos etiam ultra decimum gradum admitti ad successionem in infinitum.
- 44 Filii adoptivi non succedunt filii legitimi patris adoptantis, nec alii agnatis, & cognatis, nec isti succedunt filio adoptivo.
- 45 Fratres naturales spurii, ac ceteri hujusmodi naturales, ex uno patre, & diversis matribus provenientes, sibi invicem ab intestato nullatenus succedunt.
- 46 Neque dicti fratres naturales, & spurii succedunt fratri legitime procreato, nec legitumato, nec isti illi.
- 47 Fratres naturales, ac spurii, & ceteri hujusmodi collaterales uterini succedunt, & sibi invicem, & collateralibus legitime natis, & si legitime nati essent etiam ipsi.
- 48 Collaterales ex damnato coitu, nec sibi invicem, nec legitimis, nec hi illis ab intestato succedere possunt, sive ex parte patris, sive ex parte matris sint conjuncti.
- 49 Deficientibus omnibus consanguineis defuncti, sive descendentes, sive ascendentes, sive collateralibus, tunc nisi adsint in contrarium pacta dotalia, aut statuta, seu consuetudines locorum, succedit superstes conjux excluso fisco.
- 50 Dummodo tamen tempore mortis unius nullum inter eos reperitur divorcium, etiam quoad thorum, vel cohabitationem.
- 51 Uxor pauper an, quomodo, & quando succedat defuncto marito diviti, etiam extantibus liberis, vel aliis consanguineis, ad num. 54.
- 52 An, & quomodo etiam maritus pauper succedat reciprocum cum liberis, aut sanguine junctis uxoris.
- 53 Deficientibus consanguineis ultra decimum gradum, & uxore, aut viro, succedit ultimo loco fiscus in omnibus bonis vacantibus defuncti, seu defuncte.
- 54 Ut fiscus legitime succedat dictis bonis, quid prius agere debeat.
- 55 Limitatur tamen conclusio quoad bona peregrinorum in remotis locis a sua patria decedentium ab intestato.
- 56 In bona Clericorum patrimonialia, quasi patrimonialia, industrialia, & patrimonialia succedunt ab intestato eorum legitimi consanguinei.
- 57 Si Clericus consanguineorum successionis capaces non habeat, in dicta bona succedit ecclesia, qui servit, seu in qua beneficium habuit, excluso fisco Episcopali.
- 58 Si autem Clericus intestatus decedat, nec habeat

- consanguineos successionis capaces, aut beneficium habuerit, in dicta sua bona succedit fiscus episcopalis.
 - 62 Episcopus tamen in dicto casu non potest sibi ipsi talia bona appropriare, sed debet ipsa erogare in pias causas.
 - 63 In bona vero mere ecclesiastica Clericorum succedit collegium ipsorum, vel successor in beneficio, si Clericus defunctus bona separata possidebat, ab eodem tamen in pias usus fideliter distribuenda.
 - 64 In omnia bona Religiosorum Professorum, qui de ipsis ante professionem nihil disposerunt, succedit, vel ab intestato mortuorum morte civili, monasterium, seu Ordo Religiosus, si successione sit capax.
 - 65 Si autem monasterium, seu Ordo Religiosus, non sit successione capax, tunc succedunt heredes illorum ab intestato, perinde ac si morte naturali obissent.
 - 66 Alia ad rem, remissive.
 - 67 Addit. subnectuntur.
- ILLE dicitur decedere intestatus, seu Intestatus decedit, qui aut omnino testamentum non fecit, aut non jure fecit, aut id, quod fecerat, ruptum, irritumque factum est, aut si ex eo nemo heres existerit. Sic expresse habetur in princip. Instit. de hereditatibus, quo ab intestato deferuntur, & concordat leg. Intestati l. ff. de suis, & legitimis hereditibus, ibi: Intestati proprie appellantur, qui cum possent testamentum facere, testati non sunt: Sed & is, qui testamentum fecit, si ejus hereditas adita non est, vel ruptum, vel irritum est testamentum, intestatus non improprie dicitur decedere. Unde qui tali succedit, dicitur intestato, seu ab intestato succedere, & haeres ab intestato vocatur. Communis. Immo quamvis qui testari non potuit, proprie non sit decedens intestatus, tamen hic quoque in Jure pro intestato accipitur, textu expresso in cit. l. Intestati l. ff. de suis, & legitimis hereditibus, ibi: Plane qui testari non potuit, proprie non est intestatus, puta impubes, furiosus, vel cui bonis interdicitur, sed hoc quoque pro intestato accipere debemus. Et sic etiam qui tali succedit, dicitur intestato, seu ab intestato succedere, & haeres ab intestato appellatur. Communis.
- Successio ab intestato est acquisitio hereditatis legitime debita absque testamento, vel dispositione hominis: Est in re Communis, argument. tot. Titul. ff. Si quis omnia causa Testamenti ab intestato, vel alio modo possideat hereditatem.
- Successio ab intestato est duplex, seu dupliciter fit, scilicet in capita, & in stirpes. Communis. Successio in capita fit, & est, quando hereditas secundum numerum personarum succedentium, quibus defertur, in portiones, seu partes viriles, sive aequales dividitur ita ut tot fiant partes, seu portiones hereditatis aequales quot sunt capita, seu personae ejusdem gradus, & ob id appellatur successio in Capita, textu expresso in Novella 118. c. 3. in fine, ibi: Quod in capita nostra leges appellant. Successio in stirpes fit, & est, quando plures succedunt in locum alicujus, non secundum numerum personarum, sed secundum portionem, quam de Jure accepisset ille, in cuius locum succedunt, ita ut omnes simul, sive multi, sive pauci sint, tantam solum portionem hereditatis accipiant, quantum suus principalis, cujus loco succedunt, reciperet, si adhuc viveret. Sic si pater intestatus decedens, unum filium, & decem nepotes ex alio praefuncto relinquit, isti decem nepotes succedunt in stirpem, id est, in locum sui patris, a quo tamquam stirpe proveniunt, & omnes decem simul tantam portionem hereditatis recipiunt, quantum reciperet suus pater, si adhuc viveret, id est, solummodo tanta inter omnes quantum recipit de se solo ipse adhuc vivens frater suus praefuncti patris, & cum filius 6. & §. Sed nos 16. Instit. de hereditatibus, quo ab intestato deferuntur, ibi: Quomodo inter filios, & nepotes ex filio antiquitate status, non in capita, sed in stirpes dividit hereditatem. Et concordat Authent. In successione, Cod. de suis, & legitimis, & Authen. De hereditibus ab intestato venientibus c. 1. Collat. 9, ibi: Tantam de hereditate mor-

- riensis accipientes partem quantumque sint, quantum eorum patris, si viveret, habuisset, quam successionem in stirpes vocat antiquitus.
- 9. Succedentium ab intestato quosque ordines assignantur. Primus est decedentium liberorum nempe, nepotum, ac pronepotum, &c. Secundus est ascendendum, parentum nempe, avorum, ac proavorum, &c. Tertius collateralium, fratrum nempe, & aliorum consanguineorum. Quartus conjugum inter se, mariti nempe, & uxoris inter se. Quintus denique fisci, Authen. de hereditibus ab intestato venientibus, seu Novella 118. c. 11. a. & 3. Collat. 9. ac tot. Tit. ff. & Cod. Unde vir, & tot. Tit. Cod. de bonis vacantibus.
- 10. Liberi naturales, & legitimi simul, id est, filii ex legitimo Matrimonio nati, si adhuc omnes sint superstites, sine ulla status differentia, sive feminae, sive maris, sive sui sint, hoc est, in patris potestate, sive emancipati, sive seculares, sive Clerici, aut ecclesiasticae personae, succedunt in capita, & aequaliter ab intestato suis parentibus, tam patri, quam matri, exclusis omnibus aliis, non solum collateralibus, sed etiam ascendentibus, & descendentibus; si autem aliquis ex dictis liberis fuerit praemortuus, succedunt pro ipso ejus filii aut nepotes non in capita, sed in stirpes. Communis, textu expresso in cit. Authent. de hereditibus ab intestato venientibus, seu Novella 118. c. 1. Collat. 9. & cit. Authent. In successione, Cod. de suis, & legitimis.
- 11. Etiam filii legitimi pro subsequens Matrimonium succedunt ab intestato parentibus si soli sint, vel una cum naturalibus, & legitimis liberis jam natis, seu nascituris aequaliter, cum habeantur per omnia, ac si ab initio legitime nati fuissent. Communis, textu expresso in §. Sui autem c. Instit. de hereditatibus, quo ab intestato, & cap. Tanta 6. Qui filii sint legitimi.
- 12. Item filii legitimi tantum, id est, adoptivi etiam eodem modo, quo legitime nati aequaliter in capita succedunt adoptanti, vel arroganti. Communis claris Juribus in §. 14. Instit. de hereditatibus, quo ab intestato, l. Cum in adoptivis 10. §. 1. Cod. de adoptionibus, leg. Si te patens 5. Cod. de suis, & legitimis liberis, ibi: Si te patens, in cuius fuit potestate, solemniter in adoptionem dedit cum filiis naturalibus adoptivi patris ante, vel post quassit, defuncto intestato succedere poterit.
- 13. Filii naturales legitimi per rescriptum Supremi Principis aequali Jure, ac si fuissent legitimi nati, succedunt ab intestato suis parentibus, si tres concurrant conditiones, scilicet: Primo si nulli extant filii legitimi: Secundo si pater naturalis peracta generatione ex aliqua justa causa matrem ducere non potuit, sique per subsequens Matrimonium prolem legitime nequivit: Tertio si proles in legitimationem consenserit. Sic expresse Novell. 74. cap. 1. & Novella 89. cap. 9. Si autem supremus princeps in rescripto legitimationis insereret clausulam: Non obstante, quod adsum legitimi, seu: Etiam in praedictum legitimum, procederet conclusio, etiam non concurrens prima conditione, quia supremus princeps potest antiquas leges abrogare, & novas condere, arg. leg. Disputate 3. Cod. de crimine Sacilegii, cum similibus, & in tali casu standum esset dispositioni posteriori legis, quia posteriora derogant prioribus, c. Licet Romanus Pontifex 1. de Constitutionibus in 6. leg. Sed in posterioribus, ff. de Legibus, cum similibus. Et sic tenet Communis Doctorum, teste Gallo l. 2. observ. 142. n. 1. (Vid. verb. Lex & Testamentum, in nov.)
- 14. Legitimo filii naturalis facta per Rescriptum Supremi Principis tempore quo nulli existent filii naturales simul, & legitimi, probabilis non expirat quoad successionem ab intestato, etiam si postea nascatur patri filii legitimi. Sic Gallus loc. cit. n. 5. Reiffenstuel lib. 3. Decret. tit. 27. num. 14. Bartolus in leg. Ex facto n. 5. ff. de vulgari, & pupillari substitutione, Baldus ibidem num. 1. ac etiam Jason num. 15. citans Communiem: Et ratio est, quia semel perfecta, & consummata non irritatur, quamvis ad eum casum perveniant, a quo incipere non potuissent, leg. In ambiguis 85. §. 1. ff. de Regul. Juris, ibi: Non est novum, ut quae semel utiliter constituta sunt, durent, licet ille casus existeret, a quo incipit

- pere non potuerunt, & cap. Factum 73. de Regul. Juris in 6. ibi: Factum legitime retractari non debet, licet casus postea eveniat, a quo non potuit incipere: Contrarium tamen sentiant multi citati a Tiraquelli. in leg. Si unquam num. 273. Cod. de revocac. donat. arg. leg. Existimo 98. princeps de verb. obl. (Vid. verb. Fundum, art. 2. n. 44.)
- 15. Filii naturales, non extantibus aliis ex legitimo Matrimonio natis, neque uxore legitima, succedunt ab intestato patri una cum sua matre in sextante, seu duabus unciis (id est, duabus partibus, si hereditas in duodecim dividatur) aequaliter inter eos dividendis, ita ut una prolihus naturalibus, altera vero matri remaneat: Novella 28. cap. 5. & Novella 89. c. 12. Si autem extant filii, aut nepotes legitimi, vel legitima uxor, tunc non succedunt filii naturales Patri ab intestato, nec Avo paterno, sed solum debentur illis alimenta ex bonis patris arbitrio boni viri, cit. Novella 118. cap. 1. & Novella 89. cap. 12. Succedunt tamen matri dicti filii naturales etiam illustri, & omnibus ascendentibus pro linea materna una cum legitime natis, leg. Si qua illustri 5. Cod. ad S. C. Orficiam, & §. Novissime 3. Inst. cod. tit. cum similibus. (Vid. verb. Hereditas, Testamentum & infra.)
- 16. Filii spurii, vulgo quæriti nullatenus succedunt patri ab intestato, argument. §. 4. Instit. de successione Cognati, Istorum enim certus pater nescitur, adeoque, &c. Succedunt tamen matri non illustri aequae ac filii naturales; cit. §. Novissime Instit. ad S. Consul. Orficiam, & leg. 2. ff. Unde Cognati. Matri autem illustri, & habenti filios legitimos non succedunt ab intestato: Secus vero si legitimis filiis careat, leg. Si qua illustri 3. Cod. Ad S. C. Orficiam.
- 17. Filii ex damnato coitu, nec patri, nec matri ab intestato succedunt, quamvis nulli legitimi extent. Novella 89. cap. final. & Authent. Iuxta complexu, Cod. de incestuosis nuptiis.
- 18. Filii ex damnato coitu equiparantur, ita ut nec patri, nec matri, nec aliis ascendentibus succedant ab intestato filii, quorum parentes ob crimen læsæ Majestatis sunt condemnati, leg. Quisque 5. §. 1. Cod. Ad Leg. Jul. Majestatis. Item filii eorum qui propter Hæresim condemnati sunt, cap. Excommunicatus 3. §. Damna de Hæreticis (Verb. Hæreticus.)
- 19. Quæ autem sint, & dicantur filii legitimi, illegitimi, naturales, spurii, quæriti, filii ex damnato coitu? Vide verb. Filii, ubi late de omnibus.
- 20. Nepotes & pronepotes succedunt ab intestato Avo, vel Avia in stirpes, sive adhuc extant filii dicti Avi, & dictæ Avie, sive non, §. Cum filius 6. & §. Sed nos 16. Instit. de heredit. quo ab intestato, Novella 118. & Authent. In successione, Cod. de suis, & legitimis, & l. Nepotes 2. Cod. eod. cum similibus.
- 21. Deficientibus descendentes & fratribus, seu sororibus germanis, succedunt ab intestato soli ascendentes, servata tamen graduum prærogativa, ita ut proximiores gradu excludant remotiores: Unde pater, & mater succedunt filiis descendentibus sine liberis, & fratribus vel sororibus germanis, id est, utrinque conjunctis, exclusis a talis successione, avo, & avia. Novella 118. cap. 2. & Authent. Defuncto Cod. ad S. Consul. Tertianum.
- 22. Sic etiam Paulus verb. grat. defunctus sine liberis relinquit superstitem patrem, & avum maternum, matrem mortuam, solus pater succedit Paulo, excluso penitus avo materno etiam quoad bona materna; & viceversa, patre mortuo, mater superstes excludit penitus avum paternum a successione filii etiam quoad bona paterna; argument. leg. Si plures 10. §. Filio, ff. de vulgari, & pupillari substitutione, & cit. Novella 118. cap. 2. juncta Glossa ibidem verb. Proximi, & Glossa in citat. Authent. Defuncto, verb. Gradus; Pirhing. l. 3. Decret. tit. 27. num. 13. Reiffenstuel ibid. n. 30. testans de communi contra paucos.
- 23. Si defunctis patre, & matre extant plures ascendentes sine fratribus, vel sororibus defunctis, verb. grat. extent, avus, & avia in linea paterna, & simul avus, & avia in linea materna, aut ex parte patris, extet solus avus

& ex parte matris avus, & avia, vel vice versa, tunc succedunt defuncto nepoti aut pronepoti omnes æqualiter, non in capita, sed in stirpes, ita ut hereditas ex æquo inter illos ascendentes, qui eundem gradum obtinent, dividatur, & unam medietatem accipiant ascendentes à patre, alteram accedentes à matre, sive plures fuerint, sive unus solus ex una parte. *Communis*, text. claro in *cit. Novella 118. c. 21.*

28 Quando cum ascendentibus æqualis gradus extant etiam germani fratres, & sorores defuncti, tunc succedunt omnes æqualiter, & in capita, ita ut ascendentes, & fratres, & sorores defuncti accipiant æquales partes hereditatis, tot faciendo æquales portiones, quot sunt capita, seu persona. *Communis*, text. aperto in *cit. Novella 118. cap. 2. §. Si vero, & cit. Authent. Defuncto, Cod. ad S. C. Tertullianum.*

29 Sorores autem, & fratres solum uterini, id est, ex sola matre, vel solum consanguinei, id est, ex solo patre, excluduntur per ascendentes, nec possunt cum illis succedere hereditati fratris uterini defuncti. *Communis* per text. in *cit. Novella 118. cap. 2. ibi: Si vero cum ascendentibus inveniuntur fratres, aut sorores ex utrisque parentibus conjuncti defuncto*, ubi, ut vides, textus ad id admittit solos fratres, aut sorores germanos, & non solum uterinos, aut solum consanguineos.

30 Germanorum filii succedunt cum ascendentibus, seu sororibus germanis hereditati alterius prædefuncti germani fratris, aut sororis non nisi tamen in stirpem, text. expresso in *Novella 127. c. 1.*

31 Nepotes autem, seu pronepotes præmortui fratris non gaudent hoc privilegio sed excluduntur à dicta hereditate per ascendentes, & germanos fratres aut sorores ipsius præmortui fratris, ut constat clare ex *Rubrica cit. Novella 127. ibi: Ut fratrum filii succedant pariter ad imitationem fratrum, etiam ascendentibus extantibus*, ubi, ut vides, Rubrica ad dictam successione admittit solum fratrum filios, non autem nepotes, & pronepotes; tum quia Jus representationis ultra fratrum filios locum non habet in linea collateralis. *Authent.* Post fratres fratrumque filios, *Cod. de legitimis hereditibus.*

32 In eis casibus, in quibus filii naturales, & illegitimi succedunt parentibus, parentes etiam succedunt illis, textu expresso in *Nov. 89. c. 13.*

33 Deficientibus descendentibus, & ascendentibus, succedunt ab intestato defuncto ejus sanguine juncti collaterales, & quidem æqualiter, & in capita, cum hoc tamen, quod collateralis gradu proximior semper totaliter excludat remotiorem, sique omnium primo succedunt germani fratres, & sorores, penitus exclusis fratribus, & sororibus solum uterinis, vel solum consanguineis, textu expresso in *Novella 118. c. 13. & Auth. Itaque Cod. Communia, de successioneibus.*

34 Quando cum defunctis fratribus, & sororibus germanis extant etiam filii alterius fratris, aut sororis germanæ prædefunctæ, tunc etiam isti cum illis ab intestato succedunt, ita tamen ut fratres, & sorores succedant in capita, & dicti filii solum in stirpem, omnes simul pro unica tantum portione loco sui patris prædefuncti, text. expresso in *Novella 118. cap. 3. §. Si autem, & in Authent. Cessante, Cod. de legitimis hereditibus.*

35 Sicuti fratres germani, ita etiam filii fratrum germanorum excludunt fratres solum uterinos, vel solum consanguineos, sublata omni differentia sexus, & emancipationis, textu claro in *cit. Novella 118. cap. 3. §. Si autem defuncto, & cit. Authent. Cessante Cod. de legitimis hereditibus.*

36 Si soli filii diversorum fratrum, vel sororum extant, & nullus frater defuncti, neque germanus, neque solum consanguineus, aut solum uterinus, tunc filii & filię fratrum germanorum, non in stirpes, sed in capita, succedunt defuncto patris. Affertur exemplum, Demos, quod Petrus habens duos fratres Paulum, & Joannem, his præmortuis, intestatus decedat, & ex fratre Paulo extent quatuor filii, seu filię, & ex altero fratre Joanne sex. Hic decem filii, seu filię duorum fratrum succedunt Petro patris suo, non in stirpes, sed in capita, sique hereditas Petri non est dividenda in

duas partes pro numero duorum fratrum præmortuorum, sed in decem partes secundum numerum decem filiorum, seu filiarum dictorum duorum fratrum. Sic clare deducitur ex *leg. Post consanguineos §. 2. ff. de suis, & legitimis hereditibus*, ibi: *Si plures sint ejusdem gradus, omnibus defertur hereditas in capita scilicet, ut puta duos fratres habuit, vel duos patros, unus ex his unum filium, alius duos reliquit, hereditas mea in tres partes dividetur, & leg. Lego duodecim ad finem, Cod. de legitimis hereditibus*, ubi de liberis fratrum, & sororum sic statuitur: *Illo procul dubio observando, ut successio non in stirpes, sed in capita dividatur, & is gradus in ordinem legitimum transferatur*; Sic *Fachin. lib. 6. controver. cap. 3. Molina tract. 2. disp. 163. n. 12. Covarrub. in epitom. success. n. 12. Reiffenstuel lib. 4. decretal. tit. 27. num. 39. Pirhing. ibid. num. 21. testans de communi contra aliquos, & referens hanc sententiam fuisse approbatam à Carolo V. in Comitibus Imperialibus Spitz habitis anno 1529.*

37 Si autem, nullis extantibus fratribus germanis defuncti extent ejusdem fratres consanguinei, vel uterini, tunc succedunt quidem soli filii, & filię fratrum germanorum, exclusis fratribus solum consanguineis, vel solum uterinis, ut expresse habetur in *Novella 118. cap. 3. §. Si autem vero*. Unde consequens est: At vero in stirpes, & non in capita, quia quando prædicti filii, & filię fratrum germanorum defuncti concurrunt cum ejusdem defuncti fratribus consanguineis, vel uterinis, tunc succedunt solum jure representationis sui patris fratris germani dicti defuncti, alioquin non possunt excludere ab ejusdem hereditate ipsius defuncti fratres consanguineos & uterinos, cum essent uno gradu ipsis remotiores; adeoque cum eos solummodo excludant, quatenus representant patrem suum defunctum, qui utpote frater germanus eos excluderet, & succedentes jure representationis, succedant in stirpes, & non in capita, ex *cit. Novella 118. cap. 2. §. Si autem, & Authent. Cessante, Cod. de legitimis hereditibus*, in tali casu dicti filii, & filię succedunt in stirpes, & non in capita. Sic *Fachin. loco citato, Pirhing. loco citato num. 21. Reiffenstuel loco citato num. 41. & alii communiter.*

38 Quando nulli extant liberi legitimi, nec germani fratres, vel sorores defuncti, de cujus hereditate agitur, tunc ab intestato succedunt ejus consanguinei, seu uterini fratres, & sorores, exclusis omnibus collateralibus, textu expresso in *cit. Novella 118. cap. 3. verbi. His autem non existentibus, & Authent. Post fratres autem, Cod. de legitimis hereditibus.*

39 Quando defunctus relinquit quosdam fratres consanguineos, & etiam quosdam fratres uterinos, tunc probabilis fratres consanguinei succedunt in bonis paternis, nempe quæ à patre defuncto ad eum pervenerunt, & fratres uterini in bonis maternis, nempe quæ à matre defuncta obtinuit, in aliis vero bonis æqualiter, & indistincte succedunt. Sic colligitur ex *leg. De emancipatis 13. §. Exceptis maternis rebus, Cod. de legitimis hereditibus*, ibi: *Exceptis maternis rebus, in quibus si de eadem matre fratres, vel sorores sunt, & eos solos vocari oportet. Et sic tenent Glossa in Authent. Post fratres 1. verbi. Filii eorum Cod. De legitimis hereditibus, & Glossa in Authent. Itaque verbi. Utroque parente, Cod. Communia, de successioneibus, & ibi Bartolus, Covarrub. in *cit. epitome de successioneibus ab intestato num. 8. §. Tertio est advertendum: Jaton in l. Post Dotem, ff. Solutio Matrimonio, Molina *cit. disp. 164. num. 7. Pirhing. loc. cit. num. 22. & ipso teste alii communiter; & hanc sententiam vocat etiam communissimam Reiffenstuel loc. cit. num. 43. quamvis ipse numer. 44. 45. & 46. cum variis aliis defendat oppositum. Quæ sententia est vere probabilis, ut fatetur etiam ipse Pirhing. loco citato, eamque propugnant *Fachin. Fulgosius, Corneus, Hanuold. Bald. Salicet, & alii cum Reiffenstuel loc. cit.****

40 Deficientibus omnibus fratribus, & sororibus, tam germanis, quam consanguineis, & uterinis, eorumque omnibus filiis, succedunt ab intestato reliqui collate-

rales sanguine juncti gradu propinquiores, exclusis remotioribus, & quidem non in stirpes, sed in capita, si plures existant ejusdem gradus, nulla habita distinctione, aut differentia sexus masculini, aut foemini, agnationis, & cognationis, vel bonorum paternorum, aut maternorum, sive utrum ex utroque, an ex uno tantum latere sint conjuncti, quia in istis sola cognatio spectatur, textu expresso in *Authent. Post fratres 2. Cod. de legitimis hereditibus, & cit. Novella 118. c. 3. in fine, & cap. 4. per totum.*

41 Ab intestato succedere possunt omnes cognati gradum proximiores probabilis usque ad decimum gradum tantum secundum computationem civilem. Sic Glossa final. communiter recepta in *Authent.* In successione, *C. de suis, & legitimis hereditibus, & cit. Novella 118. cap. 3. final. verbi. Cognatos; & debet hæres petens hereditatem probare se defuncto intra decimum gradum conjunctum fuisse; Schneidew. Inst. de heredit. que ab intestato, §. De tertio ordine succedentium num. 40. Pithing loc. cit. num. 23. verbi. Porto hodie: & alii, argum. §. Hoc l. 3. Instit. de Successione Cognatorum. Plures tamen alii satis probabiliter censent hodie agnatos, & cognatos etiam ultra decimum gradum admitti ad successionem in infinitum, excluso Fisco, dummodo suam genealogiam probare possint; *leg. Post consanguineos §. 1. ff. de suis, & legitimis hereditibus* ibi: *Deincepsque ceteri, si qui sunt hinc orti in infinitum, & concordat C. ceterum 3. Instit. de legitima Agnatorum successione: Tum quia in cit. Novella 118. cap. 3. ff. fin. & cap. 4. omnes agnati, & cognati ad hereditatem vocantur juxta gradum prærogativam, nulla facta restrictione ad certum gradum, quod idem colligitur ex *l. Vacantia 4. Cod. de bonis vacantibus. Ceterum recte notat Reiffenstuel l. c. n. 47. quod inutilis videtur questio, num talis successio extendatur usque ad infinitum, an vero solum usque ad decimum gradum, quia ultra decimum gradum casus successioneis ab intestato vix contingit.***

42 Filii adoptivi non succedunt filiis legitimis patris adoptantis, nec aliis agnatis, & cognatis, nec isti succedunt filio adoptivo, textu claro in *l. Cum in adoptivis 10. §. 1. verbi. Et ideo, C. de adoptionibus. (Vid. tit. 16. p. 4.)*

43 Fratres naturales, spiritus, ac ceteri hujusmodi naturales ex uno patre, & diversis matribus provenientes sibi invicem ab intestato nullatenus succedunt; *leg. Si spiritus 4. ff. Unde cognati. Et sic communiter receptissima Doctorum, teste Covarrub. de Matrim. p. 2. c. 8. §. 5. num. 26. & Reiffenstuel l. c. num. 10.*

44 Neque dicti fratres naturales, & spiritus succedunt fratri legitime procreato, vel legitimato: Et nec isti illis, arg. *Novella 89. cap. 4.* Cum enim ex dicta *Novella filii naturales etiam legitimitati soli patri, non autem ceteris collateralibus succedant, sequitur evidenter, quod nec isti illis succedere possint, quia hæc successio est reciproca, ut cum aliis recte docent Covarrub. in *epitome de successioneibus ab intestato ad finem. Reiffenstuel loc. cit. num. 50. & alii.**

45 Fratres naturales, ac spiritus, & ceteri hujusmodi Collaterales uterini, seu ex eadem matre, succedunt & sibi invicem, & Collateralibus legitime natis, ac si legitimi nati essent etiam ipsi; *Communis*, textu expresso in *l. Hac parte 2. §. 1. Si spiritus 4. ff. Unde cognati.*

46 Collaterales nati ex damnato coitu, nec sibi invicem, nec legitimis, nec hi illis ab intestato succedere possunt, sive ex parte patris, sive ex parte matris sint conjuncti; *Sic Communis Doctorem, teste Schneidew. lib. 3. tit. 1. de tertio ordine succedentium n. 37. & Reiffenstuel loc. cit. sub num. 51. argum. Authent. Ex Complexu Cod. de incestis, & in iustibus nuptiis, ibi: Ex Complexu nefario, aut incestu, seu damnato, liberi nec naturales sunt nominandi, omni paternæ substantiæ indigni beneficio, ut nec aliantur à patre,* ubi, ut vides, adeo odibiles reputantur taliter nati, ut non solum ab omni successione, sed etiam ab alimentatioe parentum excludantur, adeoque multo magis à successione Collateralium.

Deficientibus omnibus consanguineis defuncti, sive 49 descendentibus, sive ascendentibus, sive collateralibus, tunc nisi adsint in contrarium pacta dotalia, aut statuta, seu consuetudines locorum, succedit superstes conjux, excluso Fisco, *Communis*, textu expresso in *l. unio. ff. & Cod. Unde vir, & uxor.*

50 Dummodo tamen tempore mortis unius nullum inter eos reperitur divorcium, etiam quoad thorum, vel cohabitationem, textu expresso in *cit. l. unio. ff. Unde vir, & uxor*, ibi: *Ut autem hæc bonorum successio locum habeat, uxorem esse oportet mortis tempore, sed si divorcium secutum sit... hæc successio locum non habet.*

51 Uxor pauper succedit ab intestato defuncto marito diviti, etiam extantibus liberis, vel aliis consanguineis, non quidem in omnibus bonis, sicuti quando deficiunt omnes consanguinei, sed in quartam partem hereditatis, si non sint plures, quam tres liberi, seu consanguinei; vel si quatuor, aut plures extant liberi, seu consanguinei, in portionem virilem, id est, in tantam portionem, quantam uni ex liberis, vel consanguineis obtingit, computato tamen in hac portione illo, quod eisdem à marito legatum, seu relictum est; *Authent. Præterea C. Unde vir, & uxor, Novella 57. c. 6. & Novella 117. c. 5.*

52 Cum hac tamen advertentia, quod si uxor pauper succedat marito una cum liberis, succedit tantum quoad usumfructum sua vita durante, assertiva proprietate filii: Si vero succedit marito cum consanguineis collateralibus, succedit etiam quoad proprietatem; *Sic citata Jura.*

53 Et ad hoc ut uxor pauper sic succedat in bonis mariti, debet esse vere pauper, ita ut nec habeat sufficientem dotem, nec alia media, unde honeste vivere possit, alias nihil ei deberetur de bonis mariti; *cit. Authent. Præterea Cod. Unde vir, & uxor*, ibi: *Si superstes laboret inopia, & cit. Novella 53. c. 6. §. 2. ibi: Nam si aliunde forsan habeat... non erit justum gravare filios per successionem.*

54 Insuper ad hoc, ut uxor pauper possit sic marito succedere, requiritur quod tempore mortis mariti nullum fuerit inter eos justum divorcium juxta dicta *supra num. 50. per cit. l. unio. ff. Unde vir, & uxor*: Et quod nulla in contrarium adsint pacta dotalia, aut statuta, seu consuetudines locorum, utpote quæ juri communi derogant, arg. *cap. Cum tanto 11. de consuetudine, & l. De quibus 30. ff. de Legibus. (Vid. verbi. Consuetudo: Ad rem lex 23. & 24. tit. 11. p. 4. vid. etiam verbi. Bona laicalia, art. 4. in add. hisp. num. 14.)*

55 Maritum etiam pauperem succedere reciproce cum liberis, aut sanguine junctis uxoris in quartam, vel virilem partem in bonis ipsius præmortui divitis uxoris, tenent Schneidew. *l. c. n. 17. Engel l. c. num. 16. Glossa prim. in Authent. Præterea: & ibi teste Reiffenstuel loc. cit. num. 58. Doctores communiter, arg. cit. Authent. Præterea, Cod. Unde vir, & uxor*, ubi indistincte id statuitur de conjuge superste, & *Novella 53. cap. 6.* ubi id expresse sancitur præcisissimis verbis: *Si viduus, aut vir, aut mulier locuples sit, ille vero, vel illa superstes pauper existat? & id etiam inferre videtur identitatis ratio, quia ubi eadem est ratio, eadem est legis dispositio, l. Illud 32. ff. Ad Legem Aquiliam, & cap. Inter corporalia, de translat. Episcopi; Cum ratio legis sit anima Legis, l. Cum ratio 7. ff. de bonis damnatorum: Nihilominus dubium movent, ut recte advertit Reiffenst. l. c. num. 58. novissimæ constitutiones *Novella 117. c. 5. in fine*, ibi: *Virum enim in talibus casibus quartam secundum priorem nostram legem ex substantia mulieris accipere modis omnibus prohibemus,* quæ verba, ut subjungit dict. Reiffenst. considerationi legentium præsertim Legistarum relinquuntur.*

56 Deficientibus consanguineis ultra decimum gradum, & uxore, aut viro, succedit ultimo loco Fiscus in omnibus bonis vacantibus defuncti, seu defunctæ, *l. Scire debet 1. & l. Vacantia 4. Cod. de bonis vacantibus, Pirhing l. c. n. 25. Reiffenst. l. c. n. 59. Engel l. c. n. 17. Hhh*

57 & alii passim. Ut autem Fiscus legitime succedat dicitur bonis, debet prius per publicum proclama, seu parentes literas in publico loco affixas vocare omnes, qui in talem hereditatem jus aliquod se habere existant; & si intra certum prafixum tempus nullus hæres, seu Actor comparuerit, tunc omnia dicta bona hereditaria, tanquam bona vere vacantia Fiscò deferuntur; leg. Si vacantia 5. Cod. de bonis vacantibus.

58 Limitatur tamen conclusio quoad bona peregrinorum in remotis locis à sua patria decedentium ab intestato, tunc enim si adhibita sufficienti diligentia reperierint eorum hæredibus, nullus hæres ob distantiam locorum reperiri possit, tunc bona apud ipsos reperia non deferuntur Fiscò, nec hostiis, in cuius hospitio peregrini decederunt, sed ab Episcopo loci in pias causas erogari debent, textu expresso in Authent. Omnes peregrini, Cod. Communia, de successioneibus, & tenent Pirhing l. c. num. 25. Reiffenstuel loco citato num. 59. Engel loc. cit. num. 18. & alii communiter.

59 In bona Clericorum patrimonialia, quasi patrimonialia, industrialia, & parsimonialia succedunt ab intestato eorum legitimi consanguinei; Glossa in cap. Sed hoc 1. de successioneibus ab intestato verb. Tradatur, Abbas ibid. num. 1. Barbosa ibid. n. 2. Engel l. c. n. 21. Reiffenst. l. c. n. 61. & alii communiter, arg. cap. Quicumque 7. caus. 12. q. 5. cum similibus.

60 Si Clericus consanguineos successioneis capaces non habeat, in dicta bona patrimonialia, quasi patrimonialia, industrialia, & parsimonialia succedit Ecclesia, cui servit, seu in qua beneficium habuit, excluso fisco episcopali. Abbas l. c. num. 2. & 3. Barbosa l. c. n. 2. Engel l. c. num. 22. Pirhing l. c. num. 26. Reiffenst. l. c. num. 62. & communis aliorum, per text. express. in c. Quicumque 2. caus. 12. q. 3. cap. Quicumque 7. ead. caus. 12. q. 5. juncto cap. Sed hoc 1. de successioneibus ab intestato, in cuius Summario sic expresse habetur: Clericus bona propria dare potest, cui vult, sed si decedat intestatus, & non habeat consanguineos, succedit Ecclesia.

61 Si autem Clericus intestatus decedens, nec habeat consanguineos successioneis capaces, nec beneficium habuerit, in dicta sua bona patrimonialia, quasi patrimonialia, industrialia, & parsimonialia succedit Fiscus Episcopalis; Abbas in c. Sed hoc 1. n. 1. & cap. Sancto Concilio 2. n. 2. de successioneibus ab intestato, Engel l. c. n. 22. Pirhing l. c. n. 27. Reiffenst. l. c. n. 63. cum communis aliorum. Et ratio clare liquet à pari; sicut enim deficientibus consanguineis, & uxore laici decedentis intestati, succedit Fiscus Secularis, juxta dicta supra n. 56. ita etiam deficientibus consanguineis, & Ecclesia Clerici sponsa succedit Fiscus ecclesiasticus, cum etiam Episcopus suum Fiscum, ac jura episcopalia habeat, ut tradunt Abbas l. c. Eng. loc. cit. num. 22. Reiffenst. l. c. num. 65. & alii communiter cum Barbosa de Offic. & potest. Episc. num. 16. per text. in c. Si quis contumax 20. c. 5. Si quis deinceps 22. caus. 17. quest. 4. cum similibus. Episcopus tamen in tali casu non potest sibi ipsi dicta bona appropriare, sed debet ipsa erogare in pias causas. Abbas in cit. cap. Sed hoc 1. in fine, de successioneibus ab intestato, Reiffenst. l. c. num. 27. & alii passim. arg. cap. Relatum 12. de Testam.

63 In bona vero mere ecclesiastica Clericorum, seu acquisita ex beneficiis ecclesiasticis, vel intuitu ecclesiæ, succedit collegium Clericorum, vel successor in beneficio, si Clericus defunctus bona separata possidebat, ab eodem tamen in pios usus fideliter distribuenda. Pirhing l. c. num. 27. Reiffenst. l. c. n. 64. Abbas in c. Relatum 12. de Testam. num. 1. & ibi Doctores communiter, per text. express. in cit. cap. Relatum, ibi: "Respondeamus, quod generaliter bona quælibet per ecclesiæ acquisita eis ecclesiis debent juxta Lateranensem Concilium post acquirentis obitum remanere: nominem autem ecclesiæ, non Episcopus, vel Successor Clerici morientis, ubi est collegium Clericorum, sed communis congregatio intelligitur, quæ illarum rerum debet canonicam distributionem, & curam habere. Ubi autem in loco defuncti tantum unus est Ordinandus, is ea bona, sicut & alia ipsius Ecclesiæ in

Dei timore dispenset." (Vid. verb. Spolium, & infra.)

In omnia bona Religiosorum Professorum, qui de 64 ipsis ante Professionem nihil disposuerunt, succedit, velut ab intestato mortuorum morte civili, monasterium, seu Ordo Religiosus, si successioneis, & possessionis in communi sit capax: Et ratio est, quia quidam acquirunt Monachus, acquirunt suo monasterio. Authent. Ingressi, & Authent. Si qua mulier, Cod. De Sacrosanctis Ecclesiis, Authent. De sanctissimis Episcopis §. Si qua mulier, cap. 38. Collat. 9. Novella 123. & Authent. de Monachis §. Illud quoque cap. 5. Novella 5. cap. Statutum 1. caus. 18. q. 1. cap. Abbates 16. caus. 18. q. 2. cap. Quia ingredientibus 7. caus. 19. q. 3. cap. In præsentia 8. de probat. cum similibus.

Si autem monasterium, seu Ordo Religiosus non sit successioneis, & possessionis in communi capax, tunc in talia bona succedunt hæredes illorum ab intestato, perinde ac si morte naturali obiissent; cum enim monasterium, seu Ordo Religiosus non sit successioneis capax, sequitur quod illa bona immediate devolvantur ad proximos cognatos, & hæredes ab intestato, cum nemo alius jus ad illa habeat. Communis.

Alla ad rem. Vide verb. Beneficiarius, verb. Hæres, 66 verb. Fili, verb. Parentes, verb. Regulares, verb. Testamentum.

Accidere nonnumquam solet simul mori eos, qui 67 possunt invicem sibi ab intestato succedere, e. g. parentes, & filios. Interest vero determinare quis prius mortuus habendus sit, idque, ut regulatur successio. Ita 69 autem pro diversitate personarum dijudicandum reor quoad ascendentes, & descendentes.

Si pater cum filio impubere simul mortuus sit, cre- 70 ditur pater supervixisse; L. 9. in fin. ff. de reb. dub. Finkelthaus. obs. 52. num. 9. & seq. Zach. quest. med. legal. l. 5. tit. 12. num. 14.

Sunt qui tenent, id obtinere etiam filius paullulum 71 impubertatem excesserit, quam novissima pubertatis ætas nondum omni imbecillitate exempta sit. Tutius vero 72 est subsistere in terminis à jure præscriptis; Fusar. de fideic. substit. q. 419. n. 5.

Num idem procedat si pater, & filius impubes in 73 diversis locis perierint, & incertum sit quis prius decederit? Affirmat Menoch. de præsump. l. 6. præsump. 50. num. 33. Negat vero Donell. in commentar. ad L. 9. §. 1. ff. de reb. dub. Meo iudicio admitti potest Menochii opinio in his, aut similibus casibus, quando ambo eodem quidem 74 periculo expositi, sed separati sunt, ut puta si ambo in eodem mari, & eodem tempore naufragium patiantur, sed tamen diversis navibus vehantur, vel etiamsi Urbe universim incensa in diversis ædibus degant, aut diversis quidem periculis, sed eodem tempore affligantur. Aliàs ubi amobus in diversis locis constituti talia pericula non concurrant, prius dicendum erit patrem juxta 75 ordinem mortalitatis naturalem citius esse mortuum; Confer Mascard. de probat. concl. 1344. n. 7. & 16.

Contra vero si cum filio pubere pariter decedat pater, 76 supervixisse filius creditur; Leg. 9. §. 4. ff. de reb. dub. Idque etiam si in bello pereant; Charond. lib. 1. verisim. c. 31. n. 4.

Quod dictum est de patre, & filio simul morientibus, 77 locum etiam sibi vindicat quoad patrem, & filiam pariter simul morientes; Eeked in comment. ad tit. ff. de reb. dub. num. 4. tum quoad matrem cum filiis, aut filiabus decedentem. (Convenit hinc l. 12. tit. 33. p. 7. si duo nati fuerint, & ex uno partu editi, datur distinctio, aut viri ambo sunt, aut unus vir, alter vero femina: primo casu uterque ad successioneem primogeniture admittitur, dum quis prius si editus, nescitur: in secundo eadem concessa ignorantia, viri suat primæ partes; mortuo simul marito & uxore propter naufragium, incendium, & alicujus ædificii ruinam, tanquam debilitati, si non apparuit quis prius spiritum emisserit, uxor premortua æstimatur; idem observatur in patre, & filio impubere, nam is censetur ante patrem mortuum esse: secus autem si major quatuordecim annis fuerit filius: Quod de patre est dictum cum filio, de matre idem prædicatur, si ambo simul juncti perierint.)

Quid

78 — Quid autem si femina parturiens una cum partu moriatur, num femina, an partus prior mortuus censetur? Vide distinctiones Barry de success. leg. 17. tit. 13. n. 24. Peregr. de fideicom. art. 43. n. 26.

79 Hactenus de ascendenteibus, & descendenteibus simul morientibus. Quod attinet ad collaterales simul obitantes, distinguendum pariter essent plures casus. At de fratre, & sorore simul morientibus, vide Carpzov. p. 1. decr. 19. num. 2. & seq. De fratris L. 18. ff. de reb. dub. De Pupillo cum fratre substituto, Mejer. in Colleg. Argentoratens. ad lib. 34. tit. 5. thes. 5. num. 6. Ab Esbac. ad Carpzov. p. 3. cap. 17. defin. 13. De duabus Sororibus Fulgos. consil. 22. n. 54. & seq. Grat. l. 2. Res. 6. n. 26. §.

(Patet ex ipsamet additione hispanica quid circa successioneis ab intestato observetur: quid continet l. 13. p. 6. ubi de prædictis successioneibus agitur, non erit à ratione alienum declarare: dupliciter hac de causa alterius bona acquiri valent, ex testamento seu ab intestato: est animadversum, dum quis cum ultimæ voluntatis declaratione decedit: (Vid. verb. Testamentum) nunc vero de acquirendi altero modo insinuatio debet præcedere: ita in proemio hujus tituli demonstratur. Lex 1. quot modis intestatus quis dicatur, exprimit, si testamentum non fuit conditum, imperfectum si conficiatur, si filii agnatione rumpatur, vel si hæres scriptus adire hereditatem noluerit, per consequens eamdem repudiaverit; Lex 2. tres gradus aut lineas in his successioneibus constituit, descendenteibus, ascendenteibus, & collateraleibus; L. 3. successioneem determinat, mortuo patre seu avo, relictiisque descendenteibus: si filius, & nepos ex altero filio in rerum natura reperiantur, sine sexus differentia inter eos dividitur hereditas: nepoti, quod filius, id est, patris ejus melioris sit gradus, præstat impedimentum, hoc etenim, dum qui ex hac vita decessit, nullum consanguineum ex descendenteibus reliquit, locum habet: numquam, & si sint multi nepotes, ex eodem patre natos, amplius ferent, quam eorum pater, si viveret: ideo qui ex uno filio natus, dimidiam avi hereditatis partem habebit, ex alio, licet plures, alteram dimidiam; Lex 4. succedendi modum inter ascendentes, dum eorum descendentes absque liberis decedunt, præfinit: si isti, & defuncti fratres non supersunt, pater, materque æqualiter succedunt: vivo vero fratre, seu pramortuo, in capita pater, mater, fraterque aut soror, avia exclusis, admittuntur: neutris illorum existentibus, in hereditatem avi ingredientur, &c. (Vid. eam cum leg. 1. & 10. tit. 6. lib. 3. For. Reg.) Lex 5. & 6. de collateraleibus suc-

cessione agit; (Vid. easdem in addit. hisp.) Lex 7. tamen: si filii fuerint superstites, patre pramortuo, uxori ejus, sine dote contrahenti matrimonium, si unde se alar, non habuerit, hereditatis partem quartam assignat; Lex 8. de filio naturali, descendenteibus, ascendenteibusque deficientibus, prætractat, nam talis filius ab intestato in duas ex duodecim hereditatis partibus, æqualiter cum matre dividendas, patri ejus succedebat: in testamento, vel adhuc vivens quidquid voluerit pater, relinquit eidem poterat: extante legitimo, una dumtaxat uncia tradi valebat: verum si fuerint soli deficientes, eorum erat tertia pars, duæ alteræ filio naturali competentebant: si ipsimet in testamento nil relinquebantur, ad honestam filii sustentationem hæredes contribuere tenebantur: (Vid. etiam leg. 1. tit. 15. p. 4. & l. tit. 11. p. 7.) quod de filio dicitur, eadem cum patre circa illius successioneem erat observantia; Lex 9. præscribit, quod, quamvis legitimam uxorem pater habuerit, ut filius naturalis dictas duas partes accipiat, impedimentum non præstat; (Vid. leg. 6.) Lex 10. qualem esse successioneem eorum qui ex incesto, seu adulterio procreantur, deciditur: nil capient, nihilominus si descendentes, collateralesve haud existant, fisco quidquid fuerit relictum, applicatur; Lex 11. certam esse matrem deternunt, ideo quicumque alius filius cum legitimis bona ipsiusmet matris accipiet: excipitur, si incestuosus, ex damnabili coitu, aut sit spurius: dicitur incestuosus qui usque ad quartum gradum ex consanguinea nascitur: qui ex muliere Deo dedicata progenitus fuerit, ex damnabili coitu: spurius, qui etiam vulgo quæsitus vocatur, ex meretrice natus: ii omnes cum legitimis non succedunt; Lex ultim. successioneem ab intestato inter naturales præfinit: si ex eis aliquis, deficientibus filiis, nepotibus, matre, ex hac vita migraverit, fratres uterint heredes erunt, quamquam consanguinei concurrant: mater est certa, pater incertus: sed isti soli astantes tanquam proximiores admittuntur, non ita si dantur legitimi & naturales ex eadem matre nati: naturales isti legitimis non succedunt, neque consanguineis ex parte patris, ex parte matris sicut proximiores succedere valent.

Ut omnia tam nova quam vetera bene, exacteque discernantur, vide, & confer prædicta nedom cum eis, quæ in infrascripta addit. hisp. expenduntur, verum etiam quæ verb. Alimenta, Filiius, Hæres, atque Testamentum, sunt inserta: recognosce per multas leges l. 8. lib. 5. Recop. Castell. ac doctrinam D. Anton. Gom. ex leg. 9. adusque 13. Tauri: ne despicias tit. 6. lib. 3. For. Reg.)

SUC-

Btsi jam advertitur aliquid circa successioneis dictatum, cum vasta sit hæc materia, dissidiumque aliquod inspectis hispanis ordinationibus, A. doctrina patitur, erit consentaneum, si hæc successio in easdem lineas, procedendi ergo majori claritate, Ascendentium, Descendentium, & Collateraleium distribuitur. Ascendentium, de legitimis loquendo, in omnia cujuscumque qualitatibus bona, ad descendentes attentione suo ordine, jure hereditario ab intestato succedit, modo isti legitimis careant descendenteibus: ita ut mortuo filio, patrem, aut matrem relinquo, sine sexus, patriæque potestatis discretionem, quilibet eorum, secundum gradus, connumeratis etiam ceteris ascendenteibus, prærogativam, ad filii ab intestato successioneem admittitur: vel ambo scilicet, si pater, & mater in rerum natura dantur, aut avi, paterni, vel materni, exclusis aliis omnibus ascendenteibus ulterioris gradus, absque eo quod fieri debet consideratio, à qua linea, parte bona fuissent adquisita. Non idem evenit, in successione ex testamento, quoniam descendenteibus disponere de tertia suorum bonorum parte conceditur, & quam velint, de ea ultimam voluntatem condere, idcirco pro ascendenteibus legitima, ceteræ duæ hereditatis partes reputantur. (1)

Aliqui inveniuntur casus in quibus à tali successione excluduntur, etiamsi legitimi, legitimoque matrimonio nati, deficient; primò, si per consequens matrimonium legitimi fiant, aut legitimentur; tanquam siquidem est vis matrimonii, ut pro legitimis habeantur (2) dummodo de filiis naturalibus legitimatio fiat.

(1) Vid. verb. Hæres per tot. & Testamentum.

(2) L. 1. tit. 13. p. 4. Otrósi non legitimis losijos que ome ha en la muger que tiene por barragana, si despues de eso se casa con ella. Ca maguer estosijos atales non son legitimis quando nascen, tan grande fuerza ha el matrimonio que luego que el padre, & la madre son casados, se facen por ende losijos legitimis. Eso mismo seria si alguno oviese hijo de su sierva, & despues de eso se casase con ella. Ca tan gran fuerza ha el matrimonio, que luego que es fecho, & la madre por ende libre, & losijos legitimo. L. 2. tit. 15. ejusd. C.

FERRAR. BIBLIOTHEC. TOM. VIII.

Hhh 2